

modis omnibus, pars parti sive reddendi, sive jurandi securitatem fatiat. Si quis vero infra hoc spatio pignerare praesumpserit, excepta memorata capituta, causam perdat, et quod tulerit restituat. Negocii autem inter partes ticeat dare, quod inter eos conveniret, vel invenire (1) potuerint, sine aliqua violentia aut contrarietate, exceptis aliis, ita ut aequa conditio utrarumque partium negociatoribus in quibus fuerit conservetur. De Ripatico vero, et transituris fluminum stetit, ut secundum antiquam consuetudinem debeamus tollere per portos nostro et flumina, et nullum gravamen, vel violentiam fatiamus, et si factum fuerit ad nostram notitiam pervenerit ab eis fatiamus exinde justitiam facere. Et homines vestri licentiam habeant per terram ambulandi, vel flumina transeundi, ubi voluerint, similiter et homines nostri per mare. Sed et hoc convenit, ut si qua lesio inter partes evenerit, legatarii inter partes non detineantur, sed securi ad propria redeant. Similiter Epistolarii, si detenti fuerint relaxentur, et componantur eis sol. trecentos. Et si (quod absit) occisi fuerint, componantur darentibus eorum pro ipsis sol. mille, et ipsa persona tradatur in manibus illorum. Si quis inter partes causas habuerit, vadat semel et bis cum epistola iudicis sui, et si ei justitia minime facta fuerit infra dies quatordecim, si ipse homo, unde justitiam requiritur infra ipsum locum fuerit, infra dies septem licentiam habeat pignerare iudicem, qui in ipso tempore ordinatus fuerit, infra casam suam, quantum ipsum debitum fuerit, et ipsum pignus salvum sit usque ad sopranominatas noctes, et si ipsum pignus antesteterit componantur sol. XII causa manante, ut in antea iterum pignerationem non fiat, ubi popuerit in fines ubi causa requiritur. Sic tamen ut ubi iudicium ambabus partibus denuntiatum fuerit, resedentes duo de utraque parte de loco, ubi causa requiritur, et quod ipsi per evangelia determinaverint, pars partis satisfatia. Addimus etenim, si quis homicida perpetraverit, stante facto, modis omnibus partibus vestris ligati tradantur quanti in ipso homicidio mixti fuerint, et si distulerit eos tradere, per unamquamque personam componat auri sol. 300; si aliquem in silva pignerationem facere voluerit, sic fiat sine homicidio, et si (quod absit) homicidium factum fuerit in libero

(1) *Convenire?*